



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

De Septimo Dei Praecepto. Non Fvrtvm Facias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-3333

gradam & fauorem eius polliceatur & persuadeat, placet etiā spiritualis
Fides cinguita castitas. Ideo eo fortius potest resistere corporali impudicitia. Dicit enim
lum renuntiari ei certo spiritus, in eiusmodi fide, quomodo vitare debeat malas cogita-
tiones, & quicquid castitati est contrarium. Nam fides diuina gratia si-
Fidei efficaciam sine intermissione viuit, omnia opera operans, ita non omittit suam
admonitionem in omnibus rebus, deo vel gratis vel inuisis sicut sancta
Iohannes in sua Epistola dicit. Non scripsi vobis quasi ignorantibus
veritatem, sed quasi scientibus eam. Vos enim habetis vocationem a sancto,
& nostris omnibus, hoc est, dei spiritus docet vos omnia. Neque tamē nos
de sperare op̄ ortet, si non statim tentatione liberemur. Imo nobis non
promittere vel proponere, requie habituros pre ea, dum viuimus, neque
eam secus suscipere, quam veluti prouocationē & admonitionē ad orā
dum, ieiunandum, vigilandū, laborandū, & alias exercitationes domā
de carnis, & presentim meditandū fidei ad deum obeundas habendasq;
Neque enim magna est castitas quae quietā tranquillitatē habeat, sed quae
cum impudicitia in acie congressa pugnat, sine intermissione omnia ves-
nena expellens, quae caro & malus spiritus iniiciunt. Ita dicit S. Petrus.
Charissimi, obsecro vos tanq; aduenias & peregrinos abstinere vos a car-
nibus desiderijs quae militant aduersus animam. Et s. Paulus ad Ro.
¶ Non regnet peccatum in corpore vestro mortali, vt obediatis concus-
piscientijs eius. In hac sententia & eiusmodi alijs, ostenditur neminemq;
berum esse a malis concupiscentijs, vt quotidie cogamur cum eis pug-
nare. Quāuis enim id molestiam, & inquietudinem aferat, est tamen deo
gratum opus, in quo uno oportet nobis nostrā sufficiētiā, nosq;
solatium esse. Nam arbitrantur se obsequio repugnatiros huiusmodi
tentationi, eam magis & magis accendent & inflammant. Ita vt quam-
uis aliquis per sublīstat, tamen alias redeat forior, in ueniens naturā in-
firmiorem q; antea.

DE SEPTIMO DEI PRAECEPTO. NON FVRTVM FACIAS.

Sepimum

præceptum,
Nō furabere.

¶ Et hoc præceptū habet opus, valde multa in se bona opera cōp̄r̄a-
hēdens, multis viijs contrarium, latine liberalitas siue beneficentia vo-
catum. Quod eiusmodi est opus, vt quispiam propensus & paratus est
de suis factūtib; omnibus prodesse & seruire, pugnans non tantum
contra furtum & rapinam, sed etiam contra omnes imposturas & frau-
des quae in bonis temporalib; vnius contra alterum fieri possunt, vt
sunt auraria, usura, nimis preçis, adulterini mercibus, adulterina mē-
sura, & adulterino pondere. Quis enim possit enumerare omnes nouas,
fauulentas, & callidas inuentūtunculas, quae indies augentur, in omnib;
negociationib;

negociationibus, in quibus omnes suum comprehendunt, suam comoditatem cum aliorum incommodo querunt, oblii interim legis dicentis. Mathei 7. Quaecunq; vultis vrfacient vobis homines & vos facite illis. Hanc regulam si quisq; ob oculos habens seruaret, in suo officio suis negotijs, & actionibus erga deum, inuenirer, quomodo emere & vendere, accipere & dare debeat, mutuo dare & gratis tribuere, permittere & seruare, & id genus similia. Intuentes enim mundi negotia & artes, quam avaritia habeat in omnib; actionibus & negotiationibus imperium, non modo satis habebimus occupationum, modo cum deo & honore ali volentes, verum eti; horribimus & terribimus ab hac pectorosa & miserabili vita, curis alimonie temporalis & improbi questus eius adeo praeprauata, deuincta, & capta.

Negociatio-
nū fraudes.

SECVNDO.

¶ Quamobrem non abs re sapiens dixit: Beatus vir qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit, nec sperauit in thefauris pecuniae. Quis est hic? & laudabimus eum, mirabilia fecit in vita sua. Quasi dicter, nullus inuentus est, vel saltem perpauci. Imo & eorum paci sunt, qui eiusmōi phylargyram & studium & amorem pecuniae in se agnoscant & sentiant. Nam hic avaritia habet perpulchrum dedecoris & viij operculum, quod appellatur corporis almonia, & necessitas naturae. Sub quo negotiatur ita immoderate & insaciabiliter, vt se purum in hoc seruaturum, oporteat, vt ait Sapiens, in vita sua operari miracula. Nunc vide, non solum bona opera, sed etiam miracula facturo, quae deo placeant & laudentur, quid opus est alio cogitare & spectare. Obseruet ies ipsum, & videat ne abeat post aurum, necq; reponat spem suam in thefauris pecuniae, permittens, vt pecunia ipsum sequatur, vt pecunia ipsi gratiam, non ipse gratiam pecuniae expectet. Ve pecuniam non diligat, necq; cor eius pecuniae inherescat. Sie est ipse vere liberalis, miraculorum operator, beatus vir, & sicut Job, xxxi. dicit, Nunq; putauit autem robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Et psalmo lxxij. Divitiae affluunt, nolite cor apponere. Sie CHRISTVS docuit Mathei. 6. Nolite ergo esse solliciti dicentes, quid manducabimus? quid bibemus? aut quo operiemur? Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Ceterum sunt qui dicant: Imo tu hoc nixus, nihil cura, expectans donec tibi gallina assata in os inuollet. Ego vero non aeo, nemini esse vel laborandum, vel alimoniam querendā, sed non curandum, non auare cupiendum, non desperandum se satis habiturum. Sumus enim in Adam omnes ad laborem damnati. Dixit

Spiritualis
intellexus,
præcepti dei
nō surancio.

Non latet,
sed cupidus
prohibetur.

enim deus Genesis. 3 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Iob. 5.
Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Atqui sicut aues vo-
lant sine cura, sollicitudine, & avaritia, ita nos decet laborare sine cura &
cupiditate. Si vero curas, aues, & cupis utribi assatus gallinæ pullus in
os deuolet, cura & sollicitare, respiciens an dei præcepta implere, & bear-
fieri possis.

TERTIO.

Exercitium
fidei in hoc
præcepto.

¶ Hoc opus per se docet fides ipsa. Nam corde sibi persuadente se
deum habere clementem & propitium, & eo nititur, quomodo est pos-
sibile ut ille sollicitus & avarus esse debatur. Necesse enim est ut a deo
suscipiatur defendendus. Ideo in nulla heret pecunia. Sed ea vtitur, his
lari liberalitate, ad proximi utilitatem, sciens se satis habiturum, quan-
tumcumq; distribuat & elargiatur. Nam deus eius, cui confidit, ei non
mentitur, eum non deseret. Ut est in psalmo. xxxvi. Etenim iuuenis
fui, & senui, & nunq; vidi iustum (id est fidelem & in deum confiden-
tem) derelictum, nec semen eius querens panem. Ideo Apostolus nul-
lum aliud peccatum nominat idolatriam q; avaritiam ut se ipsam cras-
sissime prodenter, quod deo nihil confidat, plus sibi de pecunia sua q;
de deo boni persuades, per quam fiduciam deus, ut dictum est, vere vel
honoratur, vel ignominia afficitur. Et reuera in hoc præcepto clare pos-
test deprehendi, quam omnia bona opera oportet in fide & profici &
fieri. Nam hic unusquisq; mira certitudine sentit, causam ut liberalitas
esse fiduciam, ita avaritiae incredulitatem. Siquidem quod deo co-
fidit liberalis est, nihil dubitans se satis semper habiturum. Et editiose
ideo avarus & sollicitus est, quod deo non confidit. Sicut ergo fides in
hoc præcepto, magister & agitator boni operis est liberalitatis, ita idem
est opifex & in reliquis omnibus alijs præceptis. Adeo ut sine huius-
modi fide nulla p;st liberalitas, sed magis temeraria sit p;fusio pecuniae.

Q VARTO.

Bene facien-
dū inimicis.

¶ Circa hæc etiam scitu dignum est, hanc liberalitatem & beneficen-
tiam prorogandam & extendendam esse etiam usq; ad hostes & aduers-
arios. Quid enim hoc sit beneficentia, si tantum erga amicos sumus li-
berales, ut CHRISTVS Lucæ, 6: docuit. Vtitur enim eadem etiam
malus homo in suum amicum. Sed & muta animalia sui generis ani-
mantibus bene faciunt & liberalia sunt. Ergo homini Christiano sub-
limius cogitandum est, ita ut eius beneficentia & liberalitas etiam imme-
riis, malefactorib; inimicis, & ingratis seruiat, & exemplo patris sui co-

lestis, permittat solem oriri super bonos & malos, & pluere super gratos
& ingratos. Hic quoq; inuenies quam difficile sit bona opera post dei
præcepta facere, quam hic se natura oblique, reflectat & insinuat, et si
sua electitia bona opera facile & libenter faciens. Ita proponit tibi tuos
inimicos & ingratos, bene de eis merens. Sic enim inuenies quam vel
vicinus vel semotus huic sis præcepto, & quantum sis negotiorum ha-
biurus perpetuo vitæ tuæ tempore, vel in huius viuus præcepti opere.
Nam nisi inimico siue hosti tuo te indigenti operm tuleris, nisi eum in
eius necessitate adiutoris, si possis, perinde è ac si ei furatus fueris. Debuz
isti enim ut eum iuuares. Ita dicit sanctus Ambrosius. Ciba esuri-
tem. Si enim eum non cibas, occidisti, quantum in te est. In hoc igitur
præcepto pendent opera misericordiæ, quæ CHRISTVS in die extre-
mo exigit. Curandum tamen esset principibus & ciuitatibus, ut diua-
gatores, fratres Iacobini, & id genus reliqui mendici peregrini tolleren-
tur, inhiberenturq; , vel saltem modo & moderatione & ordine aliquo
admitterentur, ne eiusmodi nebulonibus sub nomine mendicantis er-
ores, offuciae, & imposturæ, quarum iam multæ sunt, permitterentur.

Copiosus enim de operibus huius præcepti in sermone de Vsurâ dixi,

Ambro. fer-
tenua. Non
cibes, occi-
disti,

K ij